



172

1. Br

6.

2. Ma

3. Ma

ju

1729.

1. Pa

2. Ca

ne

3. Ma

4. Tr

13

1730

1. Br

20



*3, 239.*  
*17314.*  
*231*

*15*

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**HONORIFICA  
DIMISSIONE  
INNOCENTUM,**

*Quam*  
**DEO ALTISSIMO ANNUENTE,**

&

MAGNIFICO JICTORUM ORDINE CONSENTIENTE,  
Anno MDCCXXXI. d. xvii. Martii

PRAESIDE  
**DN. ERN. JOH. FRID.  
MANTZEL,**

PHIL. & JUR. DOCT. ATQVE INSTIT. PROF.  
ORDIN.

HOSPITE atque PRÆCEPTORE SUO AESTUMATISSIMO,  
*In Academia Mecklenburgica*

H. L. Q. C.


defendet

**ANDREAS EMMEN, Stada-Bremensis,**  
Jur. Utr. Stud.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliss. SENATUS Typogr.



Viro Per-Illustri atque Generofissimo,

DOMINO,

DN. ENGELBERTO  
JOHANNI

DE

BARDENFLETH,

Potentissimi Magnæ Britanniæ Regis

Regiminis Consiliario,

DOMINO HÆREDITARIO IN GEVERSTORFF & RECHBE,

nec non

Viro Illustri & Generofissimo

DOMINO,

DN. GUSTAVO  
CAROLO

DE

SCHARNHORST,

Ejusdem Regiæ Majestatis Vice-Di-

rectori Judicij Aulici, & rel.

DOMINO HÆREDITARIO IN OSTERNDORFF,

AVUNCULO SUO COLENDISSIMO,

hasce plagulas

ea qua par est observantia , dat , dicat , offert

TANTORUM NOMINUM

perpetuus Cultor & Cliens

RESPONDENS.



# PATRONI COLEN- DISSIMI!

**V**Ellē si possem dignum aliquod dignitate,  
meritisque Vestris *Patroni Magni!* pone-  
re monumentum. At enim vero volun-  
tas habebitur pro facto, & quanquam de-  
sint vires, tamen erit haud ingrata volun-  
tas, Et ego vos in eadem acquieturos,  
opto, spero, confido. Idem est, quod mihi hæsitanti,  
& ad gratiam Vestram confugienti addidit calcaria,  
præsentem Vobis, ea, qua par est pietate, offerre disser-  
tationem. Quod autem, eam Vobis sacram faciam  
*PATRONI venerabiles!* ejus rei sane haud leviden-  
sia adsunt argumenta, ipsaque lanx vestri splendentis  
judicii eadem exanimabit accuratius. Tu enim *Per-*  
*Illustris Domine de BARDENFLETH!* adeo singulares  
Tui favoris atque benevolentiae radios in me meosque  
misisti, & adhuc mittis, ut, quounque modo id fieri  
possit, gratae ac devotæ mentis signa in lucem edere  
teneas.



3

teneamur. Jam meum quidem foret , ut eximia Tua  
in Rempublicam merita, saluberrima consilia, modum-  
que tuum regendi, omnibus numeris absolutum, ju-  
nis ad cœlum usque laudibus efferrem. Ut vero sol  
suis coruscat radiis , nec mutuata aliena luce indiget;  
Ita & Tuæ res gestæ suo splendent fulgore. Nec est  
mearum virium ut superioribus illa Tua merita , illo  
quo decet modo , labris attingere queam; Tantum abest,  
ut digno orationis flore eadem involvere valeam. Quod  
si ergo id nihilominus adgrederer, infecta tamen ma-  
nerent plurima, præsertim cum frenum conatui meo  
injiciat eximia Tui animi magnitudo. Quid est ergo,  
quod sit reliquum ? Id supereft, ut pia mente ea quæ  
in Te sunt deveneranda devenerer, ut me dulcissima  
spe lactem, fore ut minima quoque guttula ex gratiæ  
Tuæ fonte ad me destillet. Et cum mihi vaticiner, fo-  
re ut spes me non fallat , non possum , quin *TE Vir*  
*Per - Illustris !* futuræ meæ felicitatis Promotorem de-  
votissime existimern. Quamobrem Tibi *Generosissi-*  
*me Domine Avuncule* hasce primitias Academicas sacras  
sanctasque esse cupiam , id silentio transire queo , nec  
opus esse puto , ut eum in finem unicum in medium  
proferam verbum. Cum enim ille mihi honor obti-  
gerit, ut arctiori consanguinitatis vinculo Tecum sim  
conjunctus, exinde satis superque concludendum, quan-  
ta pierate *TE* observandum habeam , & operam mihi  
esse navandam, ut ejusdem quacunque occasione dem  
signifi-

significationem. Possem, si vellem laudes Tibi canere.  
Verum enim vero loquantur, qui consilio, auxilio, in-  
tegritate Tua in judiciis indigerunt, indigent, indige-  
bunt. Nihil itaque superest, nisi ut quam humillime  
Vos orem, *Patroni Colendissimi!* ut serena fronte susci-  
piatis praesentes plagulas, gratiam vestram sibi concilia-  
re gestientes, submissae observantiae indices, ingenui  
piique animi argumenta. Accipite, quod sanctum  
vobis optat pectus meum devotissimum, Vota addo:  
Servet Vos summum Numen divinum sospites atque  
felices in splendorem Illustrium Vestrarum Familiarum  
ad summa usque senectutis cacumina. Decernat Vo-  
bis coronas factis meritisque vestris dignas. Hisce  
valete! Favete!


## PATRONI COLEN- DISSIMI!

*VOBIS*

*subjectissimo*

**A. EMMEN.**





3

Q. D. B. V.

## INTROITUS.<sup>1</sup>

§. I.

**P**oste aquam placuit conscribere dissertationem de *Honorifica dimissione innocentum*, meditationesque sese diffundere cœperunt per capita huic causæ affinia atque cognata, adeo amplam atque largam deprehendimus causam, ut dubii hæserimus in modis, quomodo illa in compendium & in formam dissertationis Academicæ, quam diffusam non esse oportet, redigeremus. Apparebunt igitur selectiores tantum positiones, quibus omnino contenti erunt, qui fontes ulterius scrutari didicerunt atque discunt,

§. II.

Rubrum diff. hujus explicare superfluum esse omnino censemus, quia nullum sistitur vocabulum, quod obscuritate laboraret: *Honorificum* enim quid sit, *dimisso*, quid significet, & *quis innocens* in foro hujus soli dicatur, primo intuitu constat, adeo, ut nulli dubitemus quin quilibet Lector statim sibi concipiāt scopum hujus dissertationis; eo scilicet tenuitatem, ut investigetur quid juris sit circa dimissionem illorum, qui inquisitionem specialem passi sunt, ast vel ex iustitia cause, vel etiam ob deficientes probationes pro innocentibus declarati, habiti atque dimissi sunt.

A

S. III, Non

## §. III.

Non poterit autem haec tractatio aliter expediri, quam ut distinguatur in varios illos casus datus atque dables, videlicet sequentes.

I. *Quomodo dimittendus sit qui a Judice imperito atque incerto fuit incarceratus sine sufficientibus indicis.*

II. *Quid juris sit circa dimittendum illum, qui quidem juste in carcera-  
tus, ast posteaquam passus torturam, vel post presti-  
tum juramentum purgatorium, dimittendus, ob deficiente-  
probationes. & denique*

III. *Quid observandum sit in illo casu, si post ultimum supplici-  
um innocentia patefacta, & quomodo a patibulis, rotis &  
aliunde liberandi sint illi, quos ibidem relinquare vetaret pie-  
tas & iustitia.*

## §. IV.

Non potuimus non ægre ferre, quod DD. atque interpretes oblati optimis occasionibus ad Tit. ff. & C. derestit, in integr. de sententiā passis & restit. ad SCtūm Turpilianū de abolitionibus & de Cadaver. punitorum, quoad ultimam sectionem præfer-  
tim, magis muti, quam piſces sint, de quæſtionibus ad hoc  
thema facientibus, unde non sine difficultate, quæ scribi-  
mus, colligenda atque componenda fuerunt. Speramus igitur  
eo certius veniam si forte non exasse satisfecerimus Lecto-  
ribus. Deus secundet conamina.

## SECTIO. I.

*De dimissione innocentis injuste incar-  
cerati.*

## §. I.

**A**rduum omnino est judicantium officium, præfertim in criminalibus, ubi damnum iminet irreparabile, fama sci-  
licet & vitæ, si sine sufficientibus indicis adornetur inquisitio  
specialis, unde etiam in constitutione criminali Carolina adeo  
operose actum fuit de indicis delictorum & generalibus &  
speci-

specialibus; Illustres satis sunt rubricæ articulorum sexti & septimi praesertim: Richter sollen in zweifelhaftesten Sachen der Rechts-Gelehrten Bedenken erfodern; Decimi octavi: Von den Sachen, daraus man redliche Anzeigung einer Mishandlung nehmen mag; Decimi noni, qui urget: Redliche Wahrzeichen, Argwohn, Verdacht und Vermuthung; Vigesimi, daß ohne redliche Anzeigung niemand soll peinlich gefragt werden; Ubi graviter disponitur: Wo auch einige Obrigkeit, oder Richter in solchen Ueberschreitungen, sollen sie dem, der also wieder Recht ohne die bewiesen Anzeige gemartert wäre, seiner Schmach, Schmerzen, Kosten und Schaden der Gebühr Ergötzung zu thun schuldig seyn, & sic pergitur per generalia ad specialia.

## §. II.

Recte satis, nam Magistratus a Deo accepit gladium ad animadvertisendum in facinorosos, non vero in innocentes, & nullum delictum majus, aut peius esse potest, quam profusio sanguinis humani innocentis, quapropter & illud referri solet ad peccata specialius ad coelum clamantia, & quia fama & vita pari passu ambulant, non solum hoc arduum observationum capropter est attendendum, ne quis innocens ultimo afficiatur supplicio, sed & propterea, ne perimatur vel sugillettur honesti hominis fama. Quotquot igitur habentur sobrii scriptores Criminalistaræ, tot etiam dantur instructiones Judicis, caute eundem procedere jubentes, & quamvis in materia indiciorum multa in Nemesis Carolina ceu jam admonitum, sint scripta atque disposita, qua etiam a Clarissimis Commentatoribus, quam solertiſſime sunt explicata atque deducta, tamen infinites multa dantur, *qua ne dicī, nec scribi possunt*, unde etiam ubique legitur notabilis dispositio, quod omnia fieri debeant nach Rath der Rechts-Gelehrten, vid. B. LUDOVICI Criminal-Process, ubi datur consilium: Cap. I. §. 20. Den Verdächtigen in der General-Inquisition, als einen Zeugen herzu fordern, auch wohl in aller Stille die nächsten Rechts-Gelahrten über die etwa vorkommenden Anzeigungen zu befragen, ob nehmlich dieselben zur Inhaftirung hinlänglich oder nicht.

A 2

§. III. So-

Solemus in vulgato dicere; Tutius est absolvere nocentem, quam condemnare innocentem, id quod concordat cum vernaculo: Man soll lieber zehn ehrlich als einen unehrlich machen. Hinc favor defensionis judicialis tantus est, ut nemini, & ceu Practici heroicē loquuntur, ne diabolo quidem, sit ea sit deneganda; Ut officium Judicis pariter prouum esse debet ad absolvendum quam ad condemnandum; Ut defensores ex officio constituantur & adhuc hodie sine mandato admittantur; Ut gratis & publicis sumtibus pauperi inquisito omnia concedantur; Ut nullis fatalibus adeo circumscribantur quin adhuc audirentur; Ut unus testis, imo testes de credulitate sufficient; Et quæ sunt alia, quæ satis innuunt, nos non anhelare punitiones, sed lubentius velle scire literas quando absolutoriæ | quam quando condemnatoriæ sunt concipiendæ. Quamvis citra misericordiæ intempestivæ labem sciamus suum tuique tribuere.

## §. IV.

Si igitur Inquisito in Processu injuria facta, non sufficiet abitum ipsi significare, carcerem aperire & custodibus quasi per negligentiam absentibus, occasionem aufugiendi præbere, sed cogitandum erit, quam honorifice velimus dimittere illos, qui abire nolunt nisi prævia satisfactione, quam memoratus Art. C.C. 20. promittit. Illustrè est exemplum in Actis Apostolorum Cap. XVI. v. 36. seqq. Paulus enim & Silas in carcerem conjecti & fustigati accipiunt licentiam abeundi his verbis: Die Hauptleute haben hergesandt, daß ihr los seyn sollt; sed Paulus Ictus respondet: Sie haben uns ohne Recht und Urtheil öffentlich geflügelt, und sollten uns heimlich ausschaffen? Nicht also, sondern lasst sie selbst kommen und uns hinaus führen, & obtinent finem suum, nam v. 39. legitur: Die Hauptleute kamen und ermahneten sie, und führeten sie heraus und baton sie, daß sie auszögen aus der Stadt. Conf. PRÆSID. Medit. ad Pandect. Sacr. Spes. X. med. 2. Nullum igitur nobis est dubium, quin Judge ex imperita præcipitania aliquem incarcерans,

sille

si ille simpliciter abire nolit, omnino teneatur bonis verbis ab inquisito veniam petere, & solennitate e vinculis & carcere dimittere; Imo, quia in genere jura, præfertim Art. allegatus 20, actionem injuriarum ad satisfactionem quoad honorem & aliud interesse concedunt, nullum nobis est dubium, quin talis inquisitus innocens pro suo arbitrio possit eligere unam ex illis in jure famosis actionibus injuriarum: Reipubl. enim valde interest, ne insontes puniantur, & ne Judices sint homines imprudentes, Unde notorii juris est, quid statuendum sit in Judices qui in Syndicatum tenentur. Si enim dolose aliquem torqueri & ultimo supplicio extingvi jubens omnino tenebitur poena homicidii ordinaria, facile de gradibus culpæ & imprudentiæ erit judicandum; Et Art. C.C.LXI. generaliter de arbitraria poena conceptus est, verbis: Soll vor iher ordentlichen Obrigkeit gerechtsiget werden. L. pen. §. ult. ff. ad Leg. Jul. repetund. deportationem in exemplo dictitat; Nos manebimus in tramite tot DD. quos allegat CARPZ. Pr. Crim. p. III. qu. 127. n. 42, qui se non aliter quam extraordinariam & arbitrariam poenam allegando, expedient.

## S. V.

Quod si autem e contrario indicia fuere tanta, ut præhabito etiam consilio prudentiorum ad inquisitionem specialem viam paraverint, fructu inquisitus jamjam absolutus & pro innocentia declaratus satisfactionem postulabit, Judex enim, qui cum jure ambulavit, tuto ambulavit, & illi neutrum fecit injuriam, sed suo fato, & interdum suis moribus, atque manibus assignandum habebit ille infelix, quod indiciis vel præter suam culpam vel præcedente aliqua culpa gravatus, inquisitioni obnoxius fuerit redditus, sibique sufficiens repudare debet, quod per absolvitoriam sententiam innocentia testimonium reportaverit, ceterumque hanc fatalitatem ( sic voci venia ) ad illas calamitates referet, quales etiam innocentissimis accidere saepe solent. Immo præfertim hæc ad illos quadrabunt, de quorum innocentia nullum amplius superest dubium, quid enim de aliis sit sentendum, quos, utut non insontes, convincere tamen non potuimus, inferius dabitur.

A 3

S.VI.Sol-

## §. VI.

Solent nonnulli maleficii Judices collidam exercere prædicam, quod inquisitos innocentes dimittendos scilicet inique incarceratedos adstringant atque cogant ad præstandam Urphedam, putantes nimirum, illum, qui juravit, er wolle sich an den Richter und alle die an seiner Gefängnis schuld gewesen weder mit Worten oder Werken in leinerley Weise oder Wege rächen, tali modo exclusum esse ab omni actione injuriarum; Imo magis putant rem bene gestam esse si formulae juramenti inferuerint renunciationem petenda absolutionis a juramento, verbis: Er wolle auch von solchem Juramento weder bey Geist noch Wetl. Obrigkeit einige Absolution bitten, noch sich davon ~~fest~~ binden lassen; Sed nullus cordatorum JCTorum est, qui non statueret nihilominus absolutionem peti & impetrari posse, quia nimirum in omni juramento jus superioris exceptum intelligitur Cap. 19. X. de jurejur. & quia illicitæ, violentia factæ & metu extortæ cautiones plane sunt prohibitæ L. 6. ff. de officio Praef. & quia Judicibus immodice sevientibus freni quædam temperies est adhibenda, uti scite loquitur Imperator in L. 2. C. de custod. reorum, nec deficiunt Responsa JCTorum, qui probe attenderunt Urphedam tantum esse intelligendam de vindicta privata, & de iis, quæ fuit de facto, neutiquam autem de illis, quæ intentantur via juris & in judicio superiori: Nisi enim ita distinguemus, juramentum fieri vinculum iniquitatis contra Cap. 19. & 26. X. de jurejur. & tyrannidi ac injusticie fenestræ aperirentur, nisi etiam non obstante juramento, quod nulla actione adversus Magistratum experiri velit, eamdem concederemus.

## §. VII.

Placet instar omnium allegare præjudicia atque responsa ex CARPOZVII Praxi Crimin. P. III. Qu. 127. quæ quæstio ex professo agit de poena Judicis reum inuste torqueri facientis, ubi nimirum inique incarceratedis atque tortis tributa leguntur remedia adversus Judices, insimulque monstratur, quid circa relaxationem illius juramenti veniat observandum. Conf. Cl. D. BERGERI diff. de Urpheda Cap. VI. th. 3. §. 5. ubi recte assuratur

ritur quod quævis relaxatio juramenti ad effectum agendi tribui possit a Magistratu seculari, quamvis dissentiant nonnulli DD. papizantes, quos allegat. Nec solus est Carpzovius, qui hoc caput arduum examinat, dantur enim & aliis, & juvabit ex FINCKELTH. obs. IX. sequens excerpere Responsum: Ob ihr nun wohl gegen N eine Urphede, wegen der gefänglichen Hassit geleistet; Dennoch aber und dieweil eine jede Urphede allein dahin zu vertheilen, das sich niemand wegen gefängl. ausgestandener Hassit eigenthürliger weise rächen soll, sonsten aber dieselbe im Stande des Rechtes gebührlich auszulösen freygelassen: So ist euch auch N wegen des euch zugesigten Despects, eurer Verslumnis, manglenden Mobilien und Unkosten ordentlich zu belangen unbenommen v. r. w. Et quid opus erit sententiis DD. ubi clara adsunt LL. dispositiones, quales habentur in C. C. articulo XX. his verbis: Es soll auch keine Obrigkeit, oder Richter in diesem Fall, kein Urphede helfen schulzen oder schirmen, das der gepeinigte seine Schwach, Schmerzen, Kosten und Schaden mit Recht, doch alle thätliche Handlung ausgethosßen, wie recht, nicht suchen möge. Cum quo Art. iterum concordat Art. LXI. verbis. Wo aber solche peinliche Frage dieser unser Ordnung wiederwährtig gebraucht würde, so werden die Richter sträflich, und sollen Straff und Abtrag leydern, und mögen darumb vor ihrem nächsten ordentlichen Ober-Gericht gerechtsamig werden.

## §. VIII.

Ita igitur sit comparata honorifica dimissio plane innocentis, qui vel ex malitia, vel ex negligentia, vel imperitia Judicis injuste captivatus, imo tortus esset, quod sc. adversus illum Judicem habeat actionem injuriarum & actionem L. Aquiliz ea fine, ut talis Judex præstet emendam, sive aestimationem afflictionis corporis, & restituat damna insuperque patiatur ut præstet pœnam a Judice superiori determinandam. Et quod tam honorifice dimissus pristinam existimationem, officia antea gesta & in genere omnia recuperet, tam clarum est, quam quod clarissimum, præsertim quia jam evictum datum solam inquisitionem nullatenus infamare,

§. IX. Ver-

Vertitur igitur inter alias innumeratas controversias & haecce inter DD. An & quatenus inquisitio specialis famam ladar? Sed qui sobrie sentiunt non equidem possunt diffiteri, quod in inquisitione hærere viro honesto grave sit, ejusdemque existimationem non parum minuat *Ih. WERNHER Observ. for. vol. II. p. III. Obs. 57. p. 143. n. 6.* *MENOCHIUS lib. I. de presumt. Qu. 88.* *HOPPIUS* *dissert. de suspensiōne ab officio Cap. III. n. 35.* Sed intelligi volunt procul dubio de eo, quod vulgo in opinione hominum esse solet, alias enim dubium adhuc est, an ob adornatam specialem inquisitionem aliquis ab officio suspendi possit? Et quamvis multi in ea sint opinione Vid. *LEYSER. Med. ad Pand. Vol. I. Spec. 52. Medit. 7.* Quod suspensiō locum inveniat, intelligendos tamē illos esse putamus, de illo casu, si tale tantumque sit delictum, propter quod quis, si illud probaretur, penitus ab officio removeri posset, præsertim, si ob illud officium suspectus redditus *MEV. ad Jus Lub. lib. I. Tit. 7. Art. 5. n. 19. idem P. 7. Decis. 320.* Alias enim clarissimum est, non titulum criminis sed secutam sententiam condemnatoriam reum facere *L. ult. C. de accus. vid. WERNHER l. c. Obs. 58.* Honorifice igitur habendi sunt, qui in speciali inquisitione harent, & eo magis honorifice dimittendi, si indicia fuerint elisa atque declinata,

## SECTIO II.

*De dimissione non quidem injuste incarcerati, absolvendi tamen probata innocentia, vel deficiente sufficienti probatione adversus illum.*

### §. I.

**P**ossumus in proxima sectione, illum, qui indiciis prægnantibus fuit gravatus, attamen pro innocentii declaratus & absolutus, neminem preter fatum suum accusandum habere, hinc sua sponte appetet non dari memoratas actiones

ationes injuriarum & alias, Si Judex genuinam speciem facti  
 JCtis communicans incarcerationem & inquisitionem in-  
 struxerit, & tali casu Urpheda meliorem habebit virtutem.  
 Et, nisi in illo Judicio Viri vere JCti fuderint, necessitatis in-  
 evitabilis est, super indicia & poenam consulere Collegia  
 Prudentiorum; Nec possimus in regula aliter docere, si qui-  
 dem tot sunt viae Judicium, ceu illa enarrat CARPZ. Pr. Crim.  
 p. II. qn. 116. n. 11. sqq. ut ad evitandum excessum & defecatum  
 omnino manendum sit in illo Const. Crim. frequentissimo:  
 Nach Naht der Rechts-Gelehrten. Juvabit iterum cum lege  
 ambulare & hoc scribere C. C. Art. 61. Qui, quamvis de tortu-  
 ra conceptus, tamen evidenti argumento a majori ad minus,  
 ad quamvis incarcerationem & inquisitionem erit trahendus.  
 Habet autem ita: So der Beklagte auff einen solchen Argwohn  
 und Verdacht, der zu peinlicher Frage, als vorstehet, gnugsam  
 erfunden, peinlich einbracht, mit Marter gefragt, und doch durch  
 eigen Bekanntniß oder Beweisung der Beklagten Misshat nicht  
 überwunden wird, haben doch Richter und Ankläger mit obbe-  
 meldten ordentlichen und im Recht zulässigen peinlichen Fragen  
 keine Grasse verwirkt; Dann die bösen erfunden Anzeigung habe  
 der geschehenen Frag entschuldigte Ursache geben. Dann man  
 soll sich nach der Sag der Rechten, nicht allein vor Vollbringung  
 der Ubelhat sondern auch vor aller Gestaltniß des Ubel's so bösen  
 Leumuth macht, hütten, wer des nicht thut wird seiner Beschwerd  
 Ursach seyn. Si autem principia petere velit deducturus indi-  
 cia non fuisse sufficientia & Collegium JCtorum justitia fines  
 migrasse, nonequidem nostrum est ipsi ordinarias occludere vi-  
 as, sed non nisi vanos successus ipsi promittimus ob illam præ-  
 sumptionem, quæ militat pro illis collegiis, salvo tamen jure  
 casus irregularis, quoties nimirum præsumtio cederet veritati.

## §. 2.

Modus igitur procedendi sit circumspetus, & quia non  
 sine prævia relaxatione juramenti effectus agendi patet, dum  
 ipso jure nulla declarare velle talia juramenta, doctrina foret  
 perniciössima Andr. GAIL L. II. Obs. 27. n. 1. sqq. & uno ore  
 omnes lobrii JCti, cognitio causæ juxta acta inquisitionalia

B

a supē



a superiore Judice erit promptissime adornanda , imo quam optime fiet, si acta ad Collegium J Ctorum mittantur , ad pronunciandum , wie weit die Relaxation des Eydes statt habe , & tunc interdum pronunciabitur : Dieweil aus den Aeten nicht zu befinden , daß N. N. Fürgaben nach mit der Inquisition nulliter wieder ihn verfahren worden sey , dahoo zu spüren , daß sein Suchen nur zu Weitläufigkeit und nichtigen Aufenthalt gemeynes . So hat die relaxatio juramenti nicht statt.

## §. III.

*Quid si autem bicce detrectet praestare Urphedam?* Resp. omnes illi gradus coactionis erunt adhibendi , quos Praxis dudum monstravit ; Carcere enim erit detinendus , donec ad saniorum mentem redierit , vid. CARPZ. Pr. Crim. P. III. qu. 130. n. 38. sqq. & si nihilominus pertinax atque contumax fuerit , non equidem hoc casu Lictor , attamen alius scribarum aut apparitorum juret in ejus animam , omni eo effectu , quem habitura fuisset Urpheda in persona praestita . Vid. Carpz. l. c. ubi præjud. verbis : Er mit Abhauung der Forder-Glieder der beyden Finger nicht anders , als wenn er die Urphede in Person geschworen , gestrafft werden soll . Et quamvis hi casus sint tales , quando nocentes ad Urphedam fuere obligati , tamen nulli habemus , quin idem in casu hujus sectionis statuamus , præsertim scopum Urphedæ consideremus . Vid. ZEPPEL. diss. de Urphedap. 40. qui expresse scribit : Non attenditur , fontes an insones sint .

## §. IV.

Sit igitur hujus Sectionis subjectum contentus honorifica dimissione , & innocentiae testimonio per sententiam reportato , redeatque ad pristinos honores ; LAUTERB. Tr. Syn. de Juram. S. 3. Nam in confessio apud homines est quantis sit valoris atque ponderis illustris Lex Ictus fusium 22. ff. de his , quae notantur infamia , quippe quæ vult , ut tantum causa fustigacionis infamet , non fustigatio ipsa ; Et quamvis in ore plebis & vulgi verisetur , daß derselbe anrichtig sey , der einmahl in Blüttels Händen gewesen , imo licet præsertim cum Collegiis opificum multas habeamus difficultates , tamen J Ctorum non est , ut anili

anili subscriptant judicio. Recte igitur docere solemus, quod tortura, & iterum arg. a majore ad minus, quævis inquisitio sitremedium eruendæ veritatis, quo mediante, si quis innocentem se probavit pro tali utique habendus, adeo, utejus existimationi nulla macula beat affricari. Nec contemnenda sunt locutiones Criminalistarum heroicæ, daß einer der die Tortur ausgehalten weit ehrlicher sey, als er zuvor gewesen. *Jul. CLAR. Praet. Crim. qu. 64. 38. FARINAC. Lib. I. Oper. Crim. qu. 40. n. 1. LUDOV. Peinl. Process. Cap. IX. §. 41.* Placet hoc ponere Responsum Wittebergense de 1721. Hat Inquisit N. N. als er dem Scharrichter auf gewisse Masse untergeben worden, daß er an den ihm beigebrachten Verbrechen unschuldig, erhalten, sif er nunmehr von der wieder ihn angestellten Inquisition zu entbinden - immassen er auch durch die ausgestandene Tortur nicht anrechtlig, oder unehrlich worden *v. v. w. Vid. WERNHER Obs. for. vol. 5. P. VIII, Obs. 311.* Sicuti nec facta abolitione ex gratia Principis infamiam adesse dicendum erit, *Vid. III. COCCEJ. Jur. Controv. ad Tit. de Abolis. ubi prejudicia. Legantur largiter etiam DD. adl. Jetusfusium vid. LYNCKER, diss. de Absolutoria p. 42 sqq.*

## §. V.

Solent tamen Judices etiam in gratiam ineptæ plebis, si fieri potest, nudos territionis terminos non facile excedere, *Vid. STRYCK. de Jur. Sens. Diff. 7. c. 4. n. 23.* Quamvis si evitari non possit, plebi os aliter obturandum; non solum enim allegata lex *Iesus fastiam*, sed multæ aliæ, veluti *l. 1. & 14. C. ex quib. eaus. inf. irrog. l. 15. ff. de Injur. infamiam procul abesse jubent*, quia tortura est innocentia testimonium, & quia introducta ad unum finem non possunt operari contrarium, *l. 3. & 5. ff. de bon. post. l. 14. ff. de Adim. Leg.*

## §. VI.

Nova autem hic tractanda erit quæstio: *Quatenus juxta hanc sectionem honorifice dimittendus ferre debeat summus & impensas?* Et ut paucis nos expediamus, manebimus in textu *C. C. Art. 61.* Und soll in diesem Fall der Welt. seine Uzung nachdem (dieweil) er seinem Verdacht Ursach gegeben entrichten, und die Obrigkeit die übrigen Gerichts-Rosten als für den Richter und anders

B 2

Dienes

Diener des Gerichts oder Gefängniß haßer selbst tragen. Addendi omnino erunt & imponendi inquisito sumtus defensionis, id quod etiam bene attenderunt Wittebergenses in modo allegato Relp. verbis: Auch mit Erfüllung der Unkosten außer der Abzöhung und denen, so auf seine Defension gegangen zu verschonen.

## §. VII.

Quamvis autem hæc de expensis post torturam ferendis anemine adeo in dubium vocata videamus, id tamen eo magis anceps relinquitur, an praestito juramento purgatorio Inquisitus in expensas possit condemnari? Sunt, qui hoc simpliciter negant, sunt denique, qui medium & tertiam eligunt sententiam, sc. quod tunc illas terre debeat, si singulari culpa & facto aliquo illicito causam suspicioni per jur. purg. deinceps elisa dederit, Vid. BRUNNEM. Process. Inqnif. Cap. IX. §. 6. junct. §. 2. & juxta hanc sententiam Dni Wittebergentes plus simplici vice pronuntiarunt testantibus Obs. Wernherianis, excipientes tamen semper sumtus defensionis, & cum dubitaretur, quinam propriæ illi defensionis sumtus essent, exclusi ex eorum numero fuerunt die Unkosten welche auf die Besichtigung, Abhörung der Zeugen, Erklärung und Abschwörung des Reinigungs Eydes, und dergl. gegangen.

## §. VIII.

Placet nobis, quia medium beati tenere solent, duplum facere distinctionem inter dantem singularem occasionem inquisitioni, der sich nicht vor aller Gestaltñis des Übels so bösen Leumut macht, hältet. Ut loquitur Const. Crim. art. 61. Qui omnes sumtus terre debet, quavis scil. ratione in inquisitionem impensos; Et illum, qui testimonio aliorum &c. sine sua culpa inquisitioni obnoxius fuit factus, qui tantum alimenta & sumptus defensionis suscipere habebit, Sic in puncto plagii judicavit Ampl. Fac. Jurid. hujus Almae 1713. Dass wenn Inquisiti P K. und H. B sich mit einen corporlichen Eyde purgiret, dass Sie - kein heimlich Verständniß gehabt, - Sie sodann von der angestellten Inquisition zu befreyen, dennoch aber die auf die Inquisition verwandte Kosten zu refundiren schuldig. v. r. w. Ex ratione: Weil Inquisiti mit den Werbern verdächtigen Umhang

Sang gehabt. Concordant hæc cum Nob. *Dn. de BERGER*  
*Oecon. Jur. L.IV Tit. 25. p. 1099.* Consulatur etiam quod hoc pun-  
 etum variis limitationibus & distinctionibus obnoxium, *LU-*  
*DOV. Peinl. Proc. Cap. XII.* Qui graviter inter processum accu-  
 satorium & inquisitorium distinguit, cœterumque habet  
 quæ practica suæ. Multa denique habet, qui evolvere  
 voluit *Exc. LEYSERI Medit. ad Pandect. Vol. II. spec. 90.*  
 cuius inscriptio de Expensis Criminalibus; Qualem inscrip-  
 tionem etiam fert *III. BOHMERI diff. spec. & constare puta-*  
 mus, quod nunquam non horum virorum scripta soleant in  
 nigro & rubro concordare.

## §. IX.

Verum forte desiderabitur, ut distinctius exponamus quis-  
 nam vere sit innocens minimum in foro juridico & humano ha-  
 bendus. Et nemo dissimulare poterit, quamplurimos inno-  
 centiam dari gradus; Faciamus igitur periculum illos in classes  
 redigendi, quo singulis suum tribuatur quoad dimissionem.

Alii sunt adeo innocentes, ut sole clarus patefiat atque  
 constet, quod injuria fati & citra omnem suam culpam inqui-  
 stioni fuerint subjecti, quorū referri debent illi maximam  
 partem quos refert *OLDEKOP. in Observ. Crim. appendice.*

Alii sunt quidem innocentes, sed sua culpa dederunt occa-  
 sionem inquisitioni, moribus suis & incircumspecta agendi ra-  
 tione, vel etiam in re illicita versando, se indicis ipsos gra-  
 vantes.

Alii pro innocentibus declarandi sunt, salva veritate &  
 justitia divina, quia nimirum torturæ quasi imminentis prælu-  
 dia Vid. *Exc. CARMONII Fætoris atque Collegæ nostri astutiss.*  
*diff. spec. de prælii Tortura Cap. III. n. 8.* vel etiam adhibitæ do-  
 lores constanter passi sunt, atque ita omnes præsumtiones eli-  
 fas reddiderunt.

Et horum iterum varij sunt gradus, aliter enim judican-  
 dum de illis qui in actu torturæ confessi fuerunt, A quibus eti-  
 am adhuc subdistinguendi sunt, qui post reiterationem pri-  
 main, imo secundam, imo tertiam vid *inferius* §. spec. quartam  
 enim averlamur, Vid. *WERNH. Observ. Vol. V. p. 8. Obs. 292.*  
 B 3

st. Vol. 4

*ir. Vol. VI. p. 10. Obs. 457.* negando omnia strenue , ab ordinaria minimum poena sunt absolvendi.

Denique alii , suspecti nimurum criminum non adeo atrocium , & quorum poena non est ultimum supplicium , dimituntur post præstitum juramentum purgatorium ; Vel etiam pro arbitrio judicis in delictis levioribus , sine juramento .

### J. XX.

Videamus & experiamur , quid in effectu diversum sit super hosce statuendum .

Illi igitur qui in prima stant classe , commiseratione vehementer digni erunt , & Judicis erit , splendidis innocentiae testimonii & quam honorificentissime illos dimittere ; Sic etiam Principum , Magistratum & JCtorum erit , ut curent atque caveant , ne , ceu jam allatum , ullibi habeantur pro indignis consortio aliorum honestorum virorum atque hominum . Quod autem attinet expensas , stat sententia jam dicta , quod scilicet ferre debeant Die Auzung- und Defensions-Kosten .

Qui secundum occupant locum , damnum quod sua culpa sentiunt , habeant sibi , & quamvis itidem honorifice sint dimittendi , tamen quoad expensas & reliqua non tantam merentur commiserationem , & solemus in Praxi ipsis imponere onus expensarum in genere omnium sic e. gr. haud ita pridem judicavit Facultas jurid. hujus Acad. in casu , ubi , femina hospitatrix milites injuriosis verbis irritaverat , ut vindictæ cupidi eandem criminis læsæ ream denunciarent , das Inquisitio J. S. Hr. P. Ehe-Frau , fürkommenden Umstände nach von der wieder ihr angestellten Inquisition tuenbinden , jedoch die auf diesen Process verbandte Kosten zuerlegen schuldig sey . v.r.w. Et quidem ex additratione : Weil Inquisitio durch ihre selbst zugestandene Schelte-Worte gegen die Etnquartierte zu aller Disordre Anlaß gegeben . &c. Si aliquis adhuc extantius in re illicita versetur , plane nullum erit dubium , quin tale judicatum sit expectandum . Si e. gr. Eadem nostra Facultas Anno 1727. molitorem juvenem condemnavit in omnes expensas , quia in superiore parte domus turpiter cum filia civis honesti luserat , quæque ad evitandam maculam cum Patre factum advertente , insigni clamore de finpro violento queri

queri incepereat, quamvis parum vel nihil reluctans antea fuisset; Verba erant sequentia: *Dass NN. zwar der Hass ist zu lassen, doch aber, weil er durch seine unerlaubte Handlung zu der Inquisition den Anlass gegeben, in die darauff verwandte Kosten zu vertheilen.* U. N. W.

## §. XL.

Sobrie quidem docent Criminalistæ, quod ex defectu iudiciorum reus potius sit absolvendus, quam condemnandus; Contra autem si sufficientia illa fuerint, torturæ dant locum; Et nos illos qui suspecti fuerint atrocissimorum scelerum, ut torturæ subjici potuerint, debuerint, quos absolvere jubet sententia iustior actiōis, stare putamus sub quodam dilemmate, hujus tenoris: Aut quis est nocens, aut innocens, juridice scilicet, quæ enim DÉO nota sunt, quæque Judex in conscientia statuit, silentibus tamen actis & probatis, ea non moramur; Si igitur ille, qui torturam, etiam reiteratam passus est, convinci non potuit, non est nocens, Ergo erit innocens, & iustitiæ atque omnisciencie divinæ relinquendus. Et quia hanc veritatem radiantem esse putamus, plane displicet nobis illorum DD. decisio, qui inculpatum præsumptionibus violentis atque urgentibus, non sine pena arbitraria dimittendum esse volunt. Nec juvabit ad extricandum, distinctio CARPZOVI P. Crim. P. III. qu. 116, n. 51. sgg. inter crima leviora & atrociora. Quicquid sit, non datur nobis tertium, præsumtionesque quam urgentes & violentes etiam illæ sint, tamen sunt, & manent præsumtiones tantum.

## §. XII.

Honorifice itaque & ille dimittendus erit, qui indiciis etiam ad summum gradum torturæ usq; fuit gravatus, salvo jure Præxeos sanctæ in casu quando delinquens est convictus sed non confessus, qualem, pro re nata, non obstante pertinacia, pœna ordinariæ mancipare solemus. Expectamus solidiora argumenta quam quæ vulgo nobis in oculos venire & aures perstrepere solent. Quid enim sibi vulthoc: Absurdum haudquam est ut reus ex præsumptionibus puniatur, utut convictus non sit. *Jac. MENOCH. de Præsumpt. Lib. I. qu. 92, & 97. Joseph. Mascard de Probat. Vol. III. Concl. 1223.*

n. 30,

n. 30. s. An JCto digna vox est: Ad condemnationem ex præsumtionibus & indicis requiritur, ut ea sint certa, irritantum ut vix negari possit crimen; *MENOCH* l. c. *Concl.*  
1221. n. 53.

## §. XIII.

Sunt inter DD. qui movent hanc quæstionem: *An tortus plane definitivus sit absolvendus, an vero tantum ab instantia & observatione iudicii?* Et quamvis pro ultimo pugnent *MENSING*. *Cent. V. Obs. 12. ZANGER de Tort. & quæst. Cap. V, n. 2.* tamen rectius manemus in iam allata sententia, quod definitivus absolvendus sit, propter *l. fin. ff. de Calunn. l. 3. C. de Sent. & interloc. c. ult. in fin. X. de Purg. Canonica.* quibus subserbunt *THEOD. Colleg. Crim. Cap. IX. aph. MENOCH. L. I. Præsumt. qv. 93. n. 3.* Quid enim liquidum magis, quam idem in criminalibus observare, quod obtinet in civilibus, ubi auctore non probante reus absolvitur *l. 4. C. de Edendo.* Habet enim tortura probationis naturam, *Matth. STEPH. ad C. C. art. 69.* Dimittatur igitur præstita Urpheda, & sic pronunciatur quotidie. Salvo tamen jure novorum postea emergentium in dictiorum, ob quæ iterum capi & inquisitioni denuo subjici potest, *B. SCHOEPFF. ad tit. de Except. rei jud. n. 12.* Nam si absolutoria ex falsa causa secuta, nulla illa est *KLOCK Tom. III Conf. 194. n. 6. & dolo absolutus denuo est conveniens, l. 15. ff. de dol. mal.* *Conf. MANTZ. Dec. Palat. 43. n. 18. sq. B. LYNCKER diff. de Absolutoria, p. 42. 46.*

## §. XIV.

Est igitur illa doctrina de condemnando ob præsumtiones violentas & urgentes valde periculosa atque lubrica & erit tantum in exceptione utiliter & justissime adhibenda. Quoties igitur inquisitus crimen aliquod a se commissum esse negat, versatus autem fuit in aliquo actu & gradu ad illud faciente & proximo, toties haec omnia, quæ Menochius & Mascardus habent, sunt applicabilia. E. gr. Titius non negat homicidium, sed excipit illud fuisse casuale, culposum, vel etiam necessarium ob defensionem, & non adeo liquidum redditur factum; Vel Caja ventrem celans clanculumque pariens

pariens negligit quædam circa partum observanda, unde extinguitur infans; Dubitatur an dolo an culpa hoc omiferit, vel etiam fecerit, nec per torturam etiam de dolo certiorari possumus in actis; In talibus casibus quorum infiniti quotannis emergunt, vera omnia sunt, quæ habent DD. de præsumptionibus violentis; Quamvis interdum non puniantur tales fustigatione aut alia afflictione, quia præsumptiones delicti urgent, sed quia lata illa culpa in qua versati fuerunt, in talibus causis pessimi exempli non aliter pronunciari volebat. Et in hanc sententiam diserte descendit Perr. THEODORIC. Coll. Crim. Cap. VII. n. 10. Placet iterum sententiam in nostra Facultate conceptam & Senatui Verdensi datam huic inserere: Dass Angeklagter J. C. M. wegen seiner so unvorstichtig begangenen Mordthat an seiner Schwieger-Mutter, fiktiv kommenden Umständen nach öffentlich zur Staufen zu schlagen, und des Landes auff ewig zu verweisen sey. V. R. W. Et nuperime versus Malchinum responsum & judicatum fuit, quod filius in rixa cum Patre occasionem lapsi supino præbens, unde mors probabiliter si non secula, tamen promota, itidem sit fustigandus & relegandus.

## §. XV.

Hæc tantum veritati consona esse putamus, unde nobis displicent quæ statuunt nonnulli, quod, quamvis etiam per tertiam torturam purgata sint indicia, tamen non plane dimittendus sit inquisitus, sed poena extraordinaria afficendus; Audiamus sententiam Scabinorum Lipsiensium allatam a SCHULTZIO diff. de Reit. tortura p. 62. Es hat weit die Indicia in denen scharfen Fragen purgiret worden seyn, nichts beständiges erkänt werden mögen; Es wird aber doch Inquisition des Landes billig ewig verwiesen. V. R. W. Saxonici Doctores pro se habent textum Juris: Dass den Gefangenen die Verweisung oder andere Straffe aufzulegen. Sed quicquid sit, nos manemus in superiori dilemmate.

## §. XVI.

Reditre igitur in gratiam cum illis Criminalistis, quos §. 7. & 8. accusare debuimus, non poterimus, nisi explicemus illos de casibus in allatorum censum venientibus, id tamen cupien-

cupientes, ut omnes illis subscriptentes paulo clarius sese explicare velint, ne incauti Lectores hærent & denique in errores delabantur. Non igitur honorifice dimittendi sunt, qui utut crimen de quo inculpati sunt, proprie non commiserint, tamen in re illicita versati fuerunt ; In tantum enim tenebuntur de eventu, ut poena afficiantur extraordinaria, ex solidis rationibus, pro rei circumstantia ex facto decerpens, e. gr. Das Inquisitus sich besser hätte in Acht nehmen sollen ; Das dieselbe ihre Schwangerschaft nicht hätte verbergen sollen &c. Quid Juris in tali casu circa expensas & sumus sit, deductionem non meretur, quia juxta communes regulas decidendum.

## §. XVII.

Denique illorum etiam habenda esset ratio, qui in dictis non adeo atrecibus juramento purgatorio de jure onerati, præstito illo dimittendi sunt ; Ni si ad superiora Lectorem remittere possemus, ubi adserum, talem dimissum honorifice esse habendum, pristinis honoribus restituendum, & in expensas tantum sub distinctionibus condemnandum.

## §. XVIII.

Inspergamus tamen adhuc quæstionem & observationem de Translocatione Ministrorum Ecclesiæ : Non est animus differendi von Poenitentz-Pfarren, illæjenim nondantur innocentibus, quamvis sentiamus hunc puniendo modum esse cladicantem ; Sed meditamus de casibus, quando Pastor innocens est, & tamen quia vixit in rixis cum Parochianis, translocatio est lvidenda ; In tantum enim subscriptibimus CARPZ. L. III. Def. 118. n. 8. Plane autem non facimus nostra, quæ de translocatione ob nævos eodem loco tradit, claudicant en-m & illa, & scandalum quod uno loco tollitur, alio excitatur ; Vid. BOHMER J. E. P. Lib. I. Tit. 7. §. 20. sqq. Eo tamen casu quando Minister Ecclesiæ præstito juremento purgatorio pro innocentie habetur, consultò fit translocation, utut melius adhuc esset, ut tales Viros officiis Scholasticis admoveremus.

## §. XIX.

Addendæ nunc autem erunt quædam quæstiones, quas

quas

3

incidenter haec tenus tetigimus, quarumque enodationem, ne distraheretur materia, huc reservare debuimus. Sic enim meretur indaginem quomodo dimittendus sit torturam passus, & quomodo reiteranda sit tortura? Sed si hoc multis allegare placeret, spicilegia ne quidem relicta nobis inveniremus, quia innumeri illi Scriptores Criminalistæ, Commentatores ad Constit. Crim. & alii in dissertationibus & meditationibus hujus thematis solertes fuere interpres. Legatur interea omnibus præferendus. *B. SCHULTZ Jänsch*  
*Viadr. diss. Spec. de Reiteratione torture.*

## §. XX.

Magis autem hujus loci adhuc erit quæstio: *Quid facias sis sic circa convictum non-confessum? An ille dimittendus, & quomodo?* Scinditur etiam quoad hanc quæstionem Doctorum mens in varia, alienum existimat, semper Rei propriam confessionem requiri, eandemque a contumace extorquendam esse, & hujus sententia est *THEODORIC.* in *Coll. Crim. C. IX. n. 14. p. 1245.* Doctores secum facientes allegans, qui quoridie ita practicari testantur, ut *CABALL. Resol. crimi. Cas. XXXIX. p. 2.* corroboransque simul assertum pronunciatum quodam: *Dass die Person mit der Tortur anzugreissen, und vermittelst derselben wegen der bezüglichsten Delben, Raubens und Ehebruchs, jedoch unbeschadet der hierüber allbereit eingeführten Zeugen Aussage zu befragen.* Sed hæc Practica est contra disertam dispositionem *Conf. Crim. art. 67. & 69.* ubi ita: *So e ne Missethat zum wenigsten mit zweyen oder dreyen glaubhaftigen guten Zeugen . . . bewiesen wird, darauff soll . . . mit peinlichen Rechten vollfahren und geurtheilet werden.* Et *So der Beklagte nach genügsamer Beweisung noch nicht bekennen wollte, . . . so soll er nichts destoweniger der beweisten Missethat nach, ohne einige peinliche Frage verurtheilet werde.* Idem voluit textus *L. 8. & 9. ff. de Quæst. & l. 12. C. Eod.* Et hinc formula pronunciandi: *Wenn Inquisit auff seinen Bekänntniß beharret, oder des sonst wie recht überwunden, &c.*

## §. XXI.

Excipiunt, tutius tamen esse si propriam confessionem aderet Inquisitus; & torturam adhiberi posse sine præjudicio

&  
C 2

& sub protestatione, vel ceu in sententia legebatur: Unde  
schrift der allbereit eingebrachten Zeugen Aussage; Sed haec o-  
mnia sunt vana, quid si enim nihil confiteretur, an tunc  
salva conscientia nihilominus emancipari poenae ordinariae  
posset? Certum est quod non; Absolvendus enim tunc ef-  
fet a pena ordinaria, ne dicamus omni, quia per torturam vel  
plane purgata vel minimum valde infirmata indicia testium  
que inculpationes. Tribus, ultra poenam extraordinariam  
tunc ascendi non posset, CARPZ. Pr. Crim. P. III. qu. 125. n. 25.  
*Ant. FABER Cod. Lib. IX. T. 21. def. 15. f. m. 773.* Et iudex talia  
adornans teneretur de Syndicatu, quia contra Jus in thesi  
pronunciavit, regulasque Juris Gentium & S. Scripturæ de  
fide testium neglexit. Tantum igitur licet torturam illo  
casu adhibere, si alius forte delicti atrocioris præfertim su-  
spectus reddatur, vel de Sociis criminis &c. interrogandus.

## §. XXI.

Non igitur honorifice dimittendus est, qui convictus  
est ut non confessus, quia alias aperiretur latissimus campus  
impune delinquendi, illis qui torturam pati didicerunt, qui-  
que illius naturam & quid juris sit circa ratificationem obser-  
varunt. Vid. B. LUDOV. Peinl. Proces p. 93. & largiter de talibus  
nequam differens alleg. SCHULTZ diff. cit. Legatur etiam eru-  
dita Diff. D. BARTHII de convicto non-confesso. Lips. 1699. rec. 1715.  
Cap. II. Et putamus Praxin adeo esse notoriam, ut pauciores  
tantum affectas habituri sint dissentientes, imo, nisi nos omnia  
fallunt, In hac provincia non diu abhinc Boizenburgi & Sy-  
wanie suspensi sunt quatuor convicti non confessi.

## §. XXII.

Succedat paucis indago quæstionis: *An transfigens super*  
*delictum habendus sit pro innocentie, & consequenter honorifice dimi-*  
*tendus & postmodum habendus?* Regulariter equidem transactio  
in delictis tacitam inducit confessionem, l. 5. ff. de his qui not.  
infam. l. 4. ff. de Jur. Fisc. & præsumptiones sc. hominis l. judicis  
& hominum prima fronte eo tendent, neminem transactu-  
rum, nisi se eon-victum in conscientia agnoferet, & ceu vulgo  
loquimur: Er milste toll seyn, daß er sich absulde, wenn er sich  
unschuldig achtet konte; Verum bona verba quæsumus, multi  
enim

3

enim innocentes tædio processus transfigere , quam se a suspicionibus prolixiori defensione purgare malunt ? Quod multo magis tunc obtinebit , si transigens expresse protestatus sit , se non dissidentia cause , sed studio parcendi famæ suæ , & pro redimenda vexa transegisse . Nec volumus amplius distingui inter causas capitales & non capitales , ubique enim eadem est ratio ; Salvo tamen semper jure Judicis cui transactio cum parte læsa non ligat manus , si delictum tantum sit & nondum præscriptione sublatum . Tantum igitur evincit hic § , quod non sequatur argumentum a transactione ad insamiam , sed quod honorifice talis habendus sit , ut transegerit ; Id quod eo magis verum erit , si jussu Judicis transegerit , l. 6. ff. de his qui not. inf. dicens : Das er bloß aus schuldigen Respect gegen den Herrn Richter die Güte ange nommen , Item si tertius pro illo transegerit , l. 4. §. fin l. 14. f. eod. Legatur pluribus B. STRYK , de Caut. Contract. Sect. III. Cap. VII.

## §. XXIV.

Hæc & his affinia meditantibus non potuit non in manus venire Tract. Celeb. Jfti Gedan. WILLENBERGII de Officio Ministri Ecclesiæ erga condemnatum ad mortem , in qua Cap. II. §. 4. & Cap. III. §. 14. observamus ad nostrum rhombum facientia . Sic enim loco priori docet , quod Minister ecclesiæ debeat confidentem ob dolores torturæ , vel tædio vita , vel ob aliam causam , admonere , ne innocentiam dissimulet , sed ut eam alleget quo honorifice dimittatur ; Addit , quod ipse minister ille pro conservando sanguine innocentis judicem adire & defenoren se gerere teneatur . Vocat in partes suas interpres Conf. Crim. ad Art. XXXI. ut & BRUNNEM. in Proc. Inquis. Cap. X. n. 14. Et quæ ultimo loco citato habet , valde magnæ sunt indaginis , quomodo scilicet se gerere debeat Confessionarius , si plane innocens mortis supplicio mancipandus ; Recte satis manum de tabula trahet tali casu minister Ecclesiæ ; Attramen nolumus ut hæc doctrina faciat occasionem in dubium vocandi poenas legibus statutas , quas interdum valde duras pütat esse Ministri Ecclesiæ , e. gr. poena Furti , criminis læsa. &c.

C 3

## §. XXV.



## §. XXV.

Tandem instar corollarii adjicere placet quæstionem  
*An honorifice dimittendus sit qui provocat ad Vallum Josaphat?*  
 Forte interdum provocarunt, qui injustitiam passi sunt, &  
 Deus exaudivit innocentes; Inde autem nulla potest fieri  
 regula, propter evidens inde secuturum absurdum. Præ-  
 sumtio est pro Judge, si itaque ille juxta acta & probata,  
 quod impedit executionem, nec videmus, cur debeat hæc  
 provocatio significari Superiori, dilata interim executione;  
*Vid. PRÆSID. Medit. ad Pand. Saer. ad Proph. Joel.* ibique alle-  
 gati, alibique obvii scriptores de illa Provocatione ex Profes-  
 so agentes, inter quos sunt *GERHARDIUS, HANEMANN,*  
*HEROLDIUS*, Vid. etiam *BECMANNI* diff. de *Iudiciis DEL.*  
*it. Job. AMSEL* diff. de *iis que executionem sistant*, §. 34. sq. nec  
 non *RIXNERI* diff. de *Extrema Provocatione Conf. I. 6. ff de Pænū,*  
 & cogitetur de absurdo casu rupti laquei, a quo ad innocentia  
 cum plebe fiet argumentum.

## §. XXVI.

Sed licet post vocem tandem adhuc unam facere quæ-  
 stionem: *An dimissus honorifice, possit delatoris noritiam postulari,*  
 ad instruendum contra illum actionem injurarum? Redibit au-  
 tem hæc quæstio ad distinctionem inter calumniosam dela-  
 tionem & suis indicis prægnantibus fundatam; Si enim ca-  
 lumnia doceri possit, nihil tam erit naturale, quam aperire  
 forum; Si vero cessaverit dolus vel lata etiam culpa, tutus  
 utpote *I. 3. C. de Calum.* quæ ita habet: *Non, si reus absolutus*  
*est, ex eo solo accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad cri-  
 men rationem, calumniator credendus est.* Et Germanicam  
*Conf. Crim. art. LXI.* verbis: *Haben doch Richter und Ankläger*  
*Leine Straffe verhället.* Atque hoc verum esse censemus  
*LEYS.* *Medit. Vol. I. Spec. 56. med. 9.*

SECT.

### SECTIO III.

#### *De dimissione punitorum vel pœna extraordinaria, vel etiam ordinaria.*

##### §. I.

**S**unt se in hac Sectione tales qui damna maximam partem irreparabilia passi sunt, unde difficulter dimittuntur, qui capite privati vel quibus gula fune constricta fuit. Thesis interea generalis est prima: Dantur casus, & habentur illi proh dolor! in praxi criminali, quod plane innocentes pœnis extraordinariis infamantibus, imo ultimo supplicio sint subjecti. Factum hoc fuit interdum per Judicium culpam, interdum etiam sine ipsorum culpa, quia indicis gravati, torturamque passi, propria confessione, doloribus cedentes, se exitio submiserunt. De priori testantur exempla allata ab *Exc. nostra Facultatis Seniore Dn. CARMONIO, diff. de Preludiis Tortura, in Prefat. quorum alterum Noribergense, excerptum ex ZIEGLERI Historischen Labyrinth der Zeit, num. 513, alterum Tubingense, allatum sub fide DOPLERI in Theatr. Execut. Crim. P. II. c. 19. §. 42. quod idem habet etiam OLDEKOP, in append. exempl. mox cit. n. IV.* Additis animadversionibus a Superioribus decretis ad privationem & restrictionem Jurisdictionis criminalis usque extensis. De posteriori patent exempla satis in *Bod. OLDEKOP. Observ. Crim. in append. quorum tamen plurima ad priorem classem sunt referenda.*

##### §. II.

Secunda Thesis est inde fluens: Injustum esset, evicta innocentia non adornare judicium & in promptu habere medium, quo si non vitæ, tamen famæ restituantur innocentes. Appellare debebimus tales sententiam passos & restitutio[n]e justitiae restituendos. Non tamen in sensu *I. un. ff. de L. Jul. Amb.* quæ restituit damnatos, si alium similis criminis convincere possint; Et quia judicium quorumvis non est restituere

stituere famam, putamus nec hoc casu alium præter Principem & superiorem solennia restitutionis adornare posse, præsertim quia semper concurret cognitio, an Judex condemnans culpam & syndicatum commiserit insuper puniendum. Est equidem in ilia opinione B. BRUNNEM, ad l. 1. ff. de quest. quod hodi e quilibet judex feudi jure criminalem Jurisdictionem tene ns possit damnatum innocentia probata restituere; Sed pace Tanti Viri nos manebimus in illustri lege, quæ quamvis caput Juris publici contineat, quod non statim applicari potest ad Germaniam, tamen illustres habet rationes perpetuas. Assitit nobis etiam CARPZ. Pr. Crim. qu. 61 n. 66. s. si non expresse tamen per argumentum. Nec sufficiet consilium Brunnemanni de requirendo Consilio Collegii Juridici. Sic etiam non obstat vulgatum, qui potest condemnare, potest etiam absolvere, per l. 3. ff. de sent. & rejud. l. 37 ff. de R. J. exceptio enim est in l. ult. s. 1. C. ubi Senat. vel clar. Vid. LYNCK. Anal. adff. L. 48. Tit. 23. De Potestate|Principum nullum erit dubium, qui enim potest majus, scilicet absolvere & aggratiari nocentes, ille poterit etiam minus, nempe restituere innocentes. Nec ad rhombum hoc loco erit multa de Jure restituendi famam differere, quia illa aliunde ad satietatem summani usque possunt repeti.

## §. III.

Solliciti igitur tantum simus de modis: Quod attinet itaque extraordinarie punitos, facile satis erit illos per Decretum ita restituere, ut nulla amplius ipsos comitetur macula; Imo omnia circa tales erunt Juris, quæ asseruimus obtinere circa absolutos ab inquisitione postquam passi sunt torturam, nimurum quod a nemine pro infamibus sint habendi, sed ad honores & opifia non obstantibus ringentibus Magistris sint admittendi & reassumendi; Simulque, si forte tale fuerit hodie delictum ob quod bonis quis privatus, omnia illa erunt ipsi restitnenda, etiam interim distracta. BRUNNEM, ad l. 1. ff. de quest. n. 13, & ad l. ult. C. de sent. pass. & restitut. ibique allegatis DD. Nec, nisi stultè quis lentiat, subserbet opinioni non nullorum, quod & talis sententia transeat in rem judicatam, sine remedio ullo, vid. BRUNNEM ad l. ff. f. Ius sustinum. Et quod

ad

3

ad expensas, restituat illas Judex juxta superiora, si syndicatum commiserit; si autem omnia iure assistente facta sunt, ferat illas infelix ille restitutus, quia fato suo & interdum moribus calamitatem tribuendam habebit. *HOPP. Exam. Iustit.*  
*Libr. I. Tit. XII. qu. 2.* Et quid opus erit Doctoribus, ubi expressæ adsunt Leges, evolvatur igitur *L. I. S. fin. ff. de Quæst.* item *I. ult. S. fin. C. de Sent. pass.* Conf. *III. WERNHER. diff. de Mortuo-Vivo*, qui in fine eleganter scribit, Principes civiliter mortuis vitam civilem restituere. Legatur etiam *Diss. cit. LYNCKERI de Absolucione*, in qua multus ille est de Absolutione a banno, & quid illa operetur, §. 46.

## §. IV.

Magis difficulter autem determinabitur, quomodo in solatum familie & ad integrandam famam satisfaciendum sit extincto per ultimum supplicium, pendenti a patibulo, sepultura asinina defosso, jacenti super rotam, &c. Mirum sane est, quod Oldekopiū XLII. exempla injuste extinctorum referens ubique subsistat, postquam circumstantiam detectæ innocentiae enarravit; Debuisset addere modos satisfactionis & restitutionis; Historiam XXVIII. ita claudit: *Judices* sero rigorem & judicii præcipitationem damnantes, quam suis sententiis pependerant, votis inanibus revocare non poterant. Sat belle! Hist. XXVI. scribit, cognatos ad Cameram Imperii detulisse graves querelas, & turpitudinem toti mundo pandisse. Historia XIV. memorat, futorem capite esse plexum, & per adstantem latronem statim pro innocentii declaratum honestiori sepulturæ concretum, annoque subsilio uxoris liberorumque calamitati subsidium præstitum esse. Hist. XXXVIII. ex *Gravio de Tort. cap. 6.* refert, in Emporio quodam Anseatico confitentem propter tormentorum dolores furca supplicio affectum fuisse. Et addit. *Emergente autem postmodum innocentia testimonio, ex furca sublatum publica autoritate cadaver, meliore sepultura honoratum fuit.*

## §. V.

Fiat igitur Regula: Quoties de innocentia extinti sup.  
 D plicio

plicio certissime constat , publica autoritate & prævio de-  
creto restitutorio , quo uti poterunt cognati adversus quem-  
cunque , honestior sepultura erit adornanda , postquam ex  
furca , a rota & aliunde , ubi asinino & canino more projectus  
vel sepultus erat innocens , sublatum est cadaver . Et hoc pro-  
cul dubio verum erit etiam ex natura correlativorum ; Si enim  
nocentes & splendide sepultos effosios monstrat historia  
passim , vid II. Reg. XXIII. t. 6. sq. Hist Car. II. Regis Anglie  
Conf. I. 6. & 7. C. ad L. Jul. Maj. Et si c. 12. X. de sepult. jubet , ut  
corpora excommunicatorum , si forte casu aut violentia in loco  
ecclesiastico tumulata , si discerni ab aliorum corporibus po-  
rerunt , exhumentur , & procul ab ecclesia projiciantur , nisi  
poenitentiam egerint . Conf. B. WILDVOG. Diff. de Conc. Funebr.  
Cap. IV. §. 3. Multo magis innocentes eruendi iterum atque  
ad honestiorem sepulturam transferendi erunt , cognatis mi-  
nisterium præbentibus . Quod autem attinet sumptus &  
expensas in executionem & reliqua factas & facendas , non pot-  
erimus abire a distinctione ante facta ; Et quæ de Princi-  
pum animadversionibus in Judices Jurisdictione abutentes  
§ 1. hujus Sectionis habentur , ea sancte tenenda esse censemus .

## §. VI.

Quod ad solennitates nihil erit tam naturale quam ad-  
ornato sub dio solemani judicio sententiam priorem , data po-  
pulo notitia circumstantiarum , annulare & novam publicare  
absolutoriam , carnificique vel aliis vespillonibus imponere  
necessitatem ex loco infami cadaver tollendi sarcophagoque  
includendi , vel ad locum honestiorem seponendi , quorsum  
quomodo tollendus sit , cognatis plane relinquendum ,  
quibus & cupientibus nec funebris apparatus neque concio  
erit deneganda .

## §. VII.

Postquam igitur & hunc honorifice dimisimus , nil am-  
plius habemus , quod dissertationi academicæ finibus ulterius  
includeremus . Absolvimus itaque eandem  
tribuentes

*Soh DEO Gloriam.*

Fam.

Familiae Splendorem proprius virtutibus  
amplificanti

DNO. EMMEN,

3

Amico, Consalino, Auditori perpetuo, atque nunc  
Respondenti Suo oculissimo,  
applaudit

P R A E S E S.

**S**tudiosus, si in relatione ad Rempublicam confideretur, non equidem est pars Societatis Politicæ; Verum est totius Reipublicæ filius, est Spes Patriæ, est surculus, ex quo mox fiet arbor; Auditores Academicæ sunt enutrita atque enutrienda propago bonorum Virorum. Sunt virginibus similes, quæ si speciosæ & virtuosæ sunt, amantur, ut fiant matresfamilias, præterea autem bene constitutæ Reipublicæ membra appellari nequeunt. Tribus utrumque hoc elegantissimum genus hominum ad illa referendum venit *entia*, quæ *in fieri*, ut loquuntur, sunt, donec ad aliquod felicissimum & publico bono salutare *esse* pervenerint. Nemo interea, qui ebrius aut furiosus non est, reperiatur, qui non quam honorificentissime tractaret bene moratum & vere studiosum Studiosum, novit enim, quod Studioſi ſint illud aurum, ex quo proxima ſpecificatione ornatissima fiunt instrumenta & vehicula publicæ ſalutis. Honorifice dimiſſus ex Academia honorificentius admittitur ad munera publica. Felix igitur Patria, quæ progenerat Studioſos nomine & omniſe tales; Felices Parentes, qui Filios mittunt ad Academias, quos Academia dimittit honorifice, quia innocentia

D 2

vitæ



vitæ sese fecerunt commendabiles. *Humanissime Domine EMMEN!* quæ hactenus in thesi scripsi, illa tu in applicatione & hypothesi refers; Misit te *Præstantissimus Tunc Dominus PARENTES*, S. R. *MAGESTATIS MAGNAE BRITANNIÆ Magnæ Fidei Vir*, Fautor meus preter omne meum meritum mibi. Autore *Consummatissimo Megapoleos JCto Dn. BUSSIO*, quem Deus diu salvum esse jubeat, conciliatus astutissimus, ad hanc nostram Academiam, concrediditque Te mihi ceu charissimum pignus; Ego Te duco per studia politica pro mei officii ratione, & video habeo que Te ubique affiduum doctrinarum auscultatorem, habebo que Te adhuc talem, donec Te literis satis ornatum honorifice dimittere jubebit nutus Tuorum. Innocentem igitur Te aliquando dimittet nostra Alma mater, & præter hoc testimonium tuæ integratatis dabit alia tuam virtutem significantia. Loquere igitur in conflitu disputationis ut te videant & audiant omnes, & ut excites applausum omnium cordate sentientium. Insume ulterius vitæ academicæ curriculum operæ acquirendi scientias elegantiores, & tunc abi ac tuo exemplo comproba, Nos in hac Academia haud segnes esse in formandis bonis ingeniis. Deus T. O. M. secundet conamina, conservet *PARENTES deamatisimos*, ad decrepitam senectutem usque, & faxit, ut Tuis Patriæ decus, Familiæque ornamentum. Ego Te nunquam sine comite voto meo relinquam, cura igitur, ut memor etiam semper sis Tui Hospitis atque Doctoris; Auge Tuo optimo nomine Testes meæ innocentiae, adversus illos, qui me pessimo dente rodunt, & quos me calcitrare animadvertis. Vale, & flore ad invidiā usque.

Dab. e Musæo, die xv. Martii,  
Anno MDCCXXXI.  
Da



A Du / Geehrter Freund! heut eine Probe zeigest/  
 Was treuer Unterricht und eigner Fleiß vermag/  
 Da Du mit höchsten Ruhm heut zur Catheder steigest/  
 Schickt mein ergebner Sinn Dir treue Wünsche  
 nach/  
 Und will dem Vaterland in Dir ein Glück zurufen/  
 Weil man Dich schon im Geist sieht auf den Ehren-  
 Stufen.

Wohlan! beweise denn/ was sonst auch schon geschehen/  
 Das Deines Vaters Geist und Tugend in Dir sey/  
 Beweise Dich und las Dich heut als Sieger sehen/  
 Ich weiß des Himmels Huld tritt deiner Arbeit bey/  
 Kurz/ strebe / daß du mögst der Deinen Ruhm ver-  
 mehren/

So wird Dich sedermann/wie dein Geschlecht verehren.

Mit diesen wenigen schlechten Zeilen wolte dem Herrn  
 EMMEN, meinem sehr hochgeschätzten Freunde  
 und Landes-Mann ergebenst gratuliren-

JOH. CHRISTOPH. PARPARD,  
 Consistorii Regii Bremensis  
 Candidatus.

Klangt ein Musen-Sohn den schönen Thanz der  
 Ehren/  
 Durch Mühe / durch Vernunft / durch Lesen und durch  
 Hören?

So mußt Du wehrter Freund mit ehsten Doctord seyn/  
 Ich prophezeile es/ es trifft auch noch wohl ein.  
 Du zeigest heute schon der achtten Weisheits Proben/  
 Ja/ Ja! man wird Dich bald erhöhen / ehren / loben.

Mit diesen wenigen Zeilen begleitete seinem hochge-  
 schätzten Freund zur Catheder

C. A. MANTZEL.  
 Geliebte

**G**eliebtes Klee-Bladt meiner Freunde!  
Da ich Dich bald verlassen muß/  
So nimm zum Trothe meiner Feinde  
Von mir den letzten Abschieds-Kuß.  
Ich kan von EMMENS Freundschaft zeugen/  
Dich zieht die Treu fast allen für;  
Drum will ich von dem Wissen schweigen/  
Denn Wahrheit redet selbst für dir:  
Ja/ wolte gleich der Neid Dir heute opponiren/  
Kanß Du mit Nachdruck doch demselben respondirell.

sans flatterie schrieb dieses des Herrn Respon-  
denter treuer Freund und Bruder  
**E. B. FRESE,**  
Oppon.

**D**er Mann/ der FRESEN hasset/ und EMMENS  
Fleiß nicht rühmet/  
Der thut und lässt was/ das gar sich nicht geziemet/  
Denn Jenes Tugend weiss/ besonders ich gar reichlich/  
Und Dieser zeiget selbst sich heute unvergleichlich.  
Ich könnte vieles zwar von Deinem Ruhme schreiben/  
Wie Klugheit und Verstand Dein Eigenthum ver-  
bleiben;  
Doch da so Raum als Zeit mir diesen Vorsah heimmen/  
So gratuliret Dir

**Höchstwehrtgeschätzter EMMEN!**  
Dein aufrichtiger und getreuer  
Bruder  
**H. A. DARJES, aus Parchim/**  
Oppon.

Rostock Diss.) 1728-32




3 f

VD18

5b.



### Farbkarte #13



3,239.  
17314.  
23,  
15

TATIO JURIDICA,  
DE  
CORIFICA  
MISSIONE  
SCENTUM,  
Quam  
SSIMO ANNUENTE,  
&  
ORUM ORDINE CONSENTIENTE,  
CCXXXI. d. xvii. Martii  
PRAESIDE  
N. JOH. FRID.  
NTZEL,  
DOCT. ATQVE INSTIT. PROF.  
ORDIN.  
CEPTORE SUO AESTUMATISSIMO,  
mia Mecklenburgica  
H. L. Q. C.  
defendet  
MMEN, Stada-Bremenfis,  
Jur. Utr. Stud.  
OSTOCHII,  
EGEROVII, Ampliss. SENATUS Typogr.